



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 3. Non omnes sortes damnandas, ne multos Sanctos, immo Deum
ipsum damnemus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

Anton.
Panorm.
l. 2. de ge-
stis Al-
fons. lo-
an. Magn.
l. histor.
Gotth.
c. 29. An-
dr. Bar-
bat. in c.
præfenti
in proba-
tion.

Eccl. 10.
10.

S. Greg.
in cap. 4.
1. Regum

plura, de Alphonso primo Neapol. rege, inter ancillam & dominum facinus negantem; itémque de Thedorico rege Gothorum, inter matrem & filium; déque ipso Carolo Magno, inter patrem & filium non tam fortuito sortiente, quàm prudenti & ingeniosa argutia verum exprimente narrantur. Qualibus industrijs, ex se spectatis, non peccatur, nisi finis prauus, aut dolus malus accedat. Sæpe, qui dedit ingenium, utitur ingeniosis, ut detegat fraudes stupidorum, doceatq; eos sapere. Nam, *post industriam, sequetur sapientia.*

§. III.

Non omnes sortes damnandas, ne multos Sanctos, immo Deum ipsum damnemus.

Secundū documentum. Etiam propriè dictarum vsus *Sortium* vniuersè damnari non debet, non potest. Quia alioqui multi sancti, qui eas vel laudarunt, vel etiam, Deo inspirante, vsurparunt, immo ipse Deus Sortibus uti iubens, damnaretur. Et quidem D. Gregorius de hac re agens, præter supra è veteri lege cōmemorata, & quæ infra commemorabuntur, affert in exemplum, Matthiæ electionem, quæ si mala esset, Apostoli eligendo peccauissent; neq; diui-

diuinum iudicium intercessisset, post humanum, quo duos selectos, vnúmque à S. Spiritu electū Origenes, & D. Augustinus docuerunt, quando Apostoli statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Matthiam, nomináq; eorum, vt multi tradunt, inscripta in vranam miserunt, rogáruntq; Deum, vt eius prius nomen exiret, quem sciret esse aptiorem. De vsu Sortium, in Veteri Testamento, res è supra memoratis exemplis est clara. Quod si autem tunc maior fuit imperfectio, etiam ob vsum sortiendi; haud tamen reprehendi potest vsus ille, nisi Deum ipsum velimus reprehendere, qui, per Moysen, Sortes quasdam certas introduxit. Quanquam non putandum est, continuò aberrare à perfectione, minusue rectè fieri, in noua lege, quidquid lex vetus vsurpauit. Hinc & alij Sancti, in nouo Testamento, Sortes subinde, quamuis neq; omnes, neque temerè vsurpauerunt.

§. IV.

Sortes, iussu diuino, meritò vsurpatas.

Et earum exempla è veteri lege.

Tertium documentum. Sortes omnes

C 5

diui-

Orig. hb. 23. in Iosue Aug. in Plal. 30. conc. 2. Act. Apost. c. 1. 23.